

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 148v

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 40

[40] XL^a

<Regula iuris. Possessor male fidei ullo tempore non prescribit. Item. Pro possessore habetur, qui dolo desivit possidere. Item. Non confirmatur tractu temporis, quoad de iure ab inicio non subsistit. Regula iuris. Successorum naturam sequi congruit principalis. Item ius naturale ante omniam obtinet privatum. ^{b>} [c] Conqueritur^d vir super alium pro bonis, quod vera sua hereditas sit, et

quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a patre suo, vel ab alio suo cognato <^aamico^e>, aut a suo predecessore, et si ille comparet super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum defensionem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno et die, contradiccione qualibet non obstante et est iuste ac rite meum predium censuale, ipsum oportet suum deffensorem nominare, et ad dies statuere, si potest, et cum defendentem seu defensorem conservat sua bona in eo, si defensus fuerit, ut iuris est, a defensore. Sin autem sibi defectus fuerit in deffensore, actor conservat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, sive naturalem porcionem, facilius quam alter emptam hereditatem, aut obligatam hereditatem, aut datam proprietatem, aut predium censuale, cum impossibile sit aliquem de naturali porcione defraudari.

^a w ramce; ^b na górnym marginesie ręką komentatora A; ^c na lewym marginesie naszkicowana dłoń, wskazujący palec nakierowany na pierwszy wyraz artykułu; ^d ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów; ^e nadpisane ręką komentatora B

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]